



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Compendium Privilegiorum, Et Gratiarum Societatis Jesu**

**Pragae, Anno M.DCC.III.**

**VD18 13723553**

Commutatio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65423](#)

Confraternitati Charitatis de Urbe per Bullam dat. 5. Kal. Febr. 1520. Incipit:  
Illi⁹, qui Charitas est; estque 37. in Bull.  
com. in n. 5. Vide etiā V. Generalis. §. 7.

Sciant Nostri, per facultates hoc verbo re-  
latas, non posse eos, aut loca ulla Societatis,  
uti quocumque aliorum privilegio, exceptis  
iis, qua hoc Compendio continentur, ac jux-  
ta modum, quo in eo communicantur: quod  
si in aliquo particulari casu aliquo alio pri-  
vilegio uti oporteat, servetur modus in hujus  
Compendii præfatione præscriptus.

Vide verbo Gratiarum usus, & verbo  
Generalis. §. 7.



## COMMUTA- TIO.

### §. I.

*Facultas commutandi omnia vota,  
exceptis ultramarinis, &c.*



Onfessarii Societatis possunt  
commutare omnia vota, ex-  
ceptis ultramarinis, & Petri  
& Pauli de Urbe, S. Jacobi in  
Compostella, Castitatis, & Religionis.  
PAULUS III. pag 7. quam facultatem cum

C 7

eadem

§4

*Compend: Privil:*

eadem exceptione extendit GREGORIUS XIII. ad vota jurata, dummodo commutatio non fiat in præjudicium tertii. Habetur pag. 47.

Communicatur hæc facultas omnibus Confessariis approbatis, eodem modo tamen, quo facultas absolvendi, quæ habetur suprà verbo Ab solutio. §. 1.

§. 2.

*Facultas Commutandi votum simplex alterius Religionis.*

Ii, ad quos pertinet Officium admittendi eos, qui ingredi volunt Societatem, possunt commutare votum simplex ingrediendi aliam Religionem, etiam determinatam, in vota consveta Societatis, quando is, cui facienda est commutatio, devotionem ad id sentiret, vel Societas, aut, qui ipsum admittit, vocationem ejus esse potius ad Societatem nostram, quam ad aliam Religionem existimaret. Concessum est hoc à summo Pœnitentiario, habente ad id facultatem, ut est in Vivæ vocis oraculis, pag. 13.

§. 3.

*Facultas dispensandi in voto simpli-  
cì Religionem ingrediendi, eti-  
am arctiorem.*

Omnes Præpositi Domorum, ac Re-  
dores, seu Visitatores Societatis, sinè  
præ-

prædicta limitatione , de qua in §. præcedenti , possunt dispensare cum ingredientibus in Societatem in voto Religionis ; etiamsi arctiore Religionem ingredi yovissent : si quis tamen à Societate ante Professionem recesserit , dispensatio nulla erit. Concessit hoc EVGENIUS IV. Congregationi Sanctæ Justinæ , per Bullam datam 30. Iunii 1436. Incipit : *Etsi quilibet* : est 11. in Bullario Regular. in n. 8. 9. & Leo X. Camaldulensibus per Bullam , dat. 4. Non. Iulii 1513. est 2. in Bull. comm. in n. 39. & Sixtus IV. Congreg. Lateranensi per Bullam dat. 10. Kal. Sept. 1476. Incipit : *Dum ad universos* : est 10. in Bulk communi in n. 29. Per privilegium vero ejusdem EVGENII IV. concessum Congregationi S. Georgii in Alga per Breve , datum 10. Kal. Iunii. 1437. quod affertur in Libro Privilegiorum Congr. S. Ioan. Evangelistæ in Lusitania fol. 8. pag. 1. possunt recipi in Societatem , quicunque aliquam Religionem intrandi , & ibi permanendi ex quavis causa votum fecerint.

Ex quo tamen intelligitur , hanc concessionem tum demum locum habere , si Societatem intraverint , & in illa perpetuo famulari Altissimo promiserint.

*Hac facultate soli , & magna cum consideratione utentur Provinciales , nisi ipsi eam in casu*

*casu aliquo alicui communicarent: & cùm  
usi fuerint, admoneant Præpositum Genera-  
lem.*

## §. 4.

*Facultas commutandi legata, &c.  
Generali reservata.*

Per facultates concessas Prælatis Ordini Minorum, possunt omnes Nostri Præpositi ac Rectores commutare ex uno usu ad alium necessarium legata, quæ relinquuntur Nostris Collegiis aut Domibus, dummodo id fiat sine scandalo eorum, ad quos solutio talium legatorum pertinet. SIXTUS IV. in Supplem. Min. fol. 95. concess. 317. referturque in eorum Comp. verb. *Commutare*. §. 1. quam concessionem ampliavit LEO X. in rebus donatis per viventes, si tamen, ut dictum est, non sequatur scandalum prædictorum. Habetur in dicto Supplem. fol. 95. pag. 2. concess. 293. & refertur in Comp. ubi suprà. §. 2.

De commutatione ultimæ voluntatis in alienationibus, vide verbo *Alienatio*. §. ult.

CONCILIUM  
Tridentinum.

## §. I.

*Decla-*